

T. V. col. 1350. et init: *Quam sit utilis et necessaria penitentiae medicina &c.*

V. fol. 223. p. 2. *Incipit Augustinus de quinque heresibus. Alias: Contra quinque Hostium genera. Initium: Debitor sum fratres fateor non necessitate &c. Ut in Append. T. VIII. edit. cit. col. 1. Non enim esse Augustini in Admonit. praevia ostenditur, ut jam alias dixi.*

VI. fol. 233. p. 2. *Incipit epistola prosperi ad sanctum Augustinum. Ignotus quidem tibi facie &c. Item: Incipit epistola bylarij ad sanctum Augustinum. Si cessantibus contradicentium questionibus &c. Extant hae Epistolae inter alias T. II. edit. cit. col. 820. et 825. sed praemittuntur etiam T. X. col. 779. et 783. sequenti, ad quod introducunt, Operi.*

VII. fol. 239. *Incipit liber Sancti Augustini de predestinatione sanctorum ad superscriptos prosperum et bylarium. Est Liber uterque, quorum alter inscribitur: De Dono perseverantiae. Ut cit. T. X. col. 789. et nobis alias. Initium: Dixisse quidem Apostolum scimus &c.*

VIII. fol. 271. p. 2. *Incipit expositio Sancti Augustini Episcopi generaliter de fide catholica secundum brevitatem symboli. Alias: De Fide et Symbolo. Initium: Quoniam scriptum est et apostolice discipline &c. Extat T. VI. edit. cit. col. 151.*

IX. fol. 277. p. 2. praemisso loco L. II. *Retrahat. c. 38. Liber sancti Augustini de fide et ope-*

ribus. Sequitur is etiam in Editis T. cit. col. 165. et infit: Quibusdam videtur indiscrete omnes admittendos esse &c.

X. fol. 292. ἀνεπιγειαφως Sermo ille, qui T. V. col. 1506. inscribitur: *De Poenitentibus*, et inchoat: *Penitentes penitentes penitentes si tamen estis penitentes et non estis irridentes &c.* quemque non nisi dubitanter, saltem integrum, Augustino tribuerim. Vide, quae praenotant Mauriani.

Codex antice vestitus est lacinia membranea Tractatus cujusdam Rabbinici de Ciborum Delectu, postice fragmento Commentarii in *Parabolas Salom.* eleganter cum Punctis exarati, sed priore paulo recentioris.

CCLXXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 32 XII. Folior. nunc 75. f. per duas columnas nitide exaratus, titulisque et initiis majusculis miniatis varia S. *Ambrosii Mediolan.* Opera complectitur, quae ordine edifferemus. Initium faciunt absque inscriptione *Libri III. de Officiis* nulla Capitum divisione decurrentes. Primus aliquatenus marginum Summariis pollens orditur: *Non arrogans uideri arbitror si inter filios suscipiam affectum docendi &c.* ut T. II. edit. *Maur. Paris. 1690. col. 1. f.* Secundus inscribitur: *Beate memorie Ambrosii confessoris et episcopi de officiis. Liber secundus Incipit.* Tertius vero tantum: *Incipit Liber Tertius.* Clauditur totum Opus: *plurimum instructio-*

structionis conferat. *Explicit Liber Tercius De Officiis.*

II. fol. 32. praevio hoc Titulo: *Libri Sancti Ambrosii Mediolanensis Episcopi Qui De Patriarchis Inscrubuntur. Hi Sunt. De Abraham Liber I. De Ysaac Et Anima Liber I. De Bono Mortis Liber I. De Esau Et Fuga Seculi I. De Jacob Et Vita Beata II. De Joseph I. De Benedictionibus Patriarcharum I. De Apologia David I. De Nabuthe Et Achab I. De Testimonio in Salomone I. Et minio: Incipiunt libri Sancti Ambrosii de patriarchis numero XI. Primus de abraham. Non eo certe ordine, neque numero, quo edit. cit. T. I. Liber II. de Abraham deest. A Libro de Bono Mortis et verbis: qui uoluptate corporis et delectatione uitae — exciderunt nobis membranae usque ad Librum de Benedictionibus Patriarcharum et verba: ut feruorem spiritus sancti habeat congregatio nationum &c. Apologia David altera deest. A Libro de Nabuthe abest illa clausula: Sed oportet nos taliter agere &c. Opusculum ult. five XI. nobis inscribitur: *Incipit de testimonio in salomone.* Illud Mauriani post *Erasmum Ambrosio* demtum exhibent inter *Sermones in Append. T. II. col. 450. n. XLVI.**

III. fol. 65. *In nomine domini nostri ihesu christi incipit liber beati ambrosii episcopi mediolanensis de mysteriis. De moralibus cotidianum sermonem habuimus &c. ut edit. cit. T. II. col. 325.* Nobis ad

calcem Miniator addidit: *Finit de iniciandis feliciter.*

IV. fol. 67. *Incipit De Sacramentis Liber Primus. De Sacramentis Quae accipitis* (ed. accepistis) *sermonem adiorior &c. ut T. mox cit. col. 349. cum reliquis V. Libris, quos tamen a medio Tertii alia manus complevit.*

Textus noster probe cum Editis congruit. Mallet tamen L. I. de Offic. c. 2. cum eo legere: *cum plures uideas loquendo peccatum incidisse &c. quam cum Edit. Quamplures uidi &c.* Id nexus cum praecedentibus suadet.

CCLXXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3318 XII. Folior. 115. 4. pereleganter exaratus et olim, ut praenotatur, *Monasterii in Menhse* five *Lunaelacu* O. S. B. orditur a pictura lineari τϠ Σωτηρος inter IV. Evangelistarum Symbola confidentis, folioque verso litera miniata quadra *In Nomine Sanctae Trinitatis Incipit Tractatus Sancti Ambrosii Episcopi Et Confessoris De Officiis.* Textus cum Edit. Maur. T. II. col. 1. bene consonat; paene tamen cum Codice malo legere: *quae illi spiritus infudit sapientiae, et per illum nobis manifestata et uisu comperta sunt, exemplo uobis quasi liberis tradimus, quam, quod habent Edita L. I. c. 1. n. 2. quae illi spiritus infudit sapientiae, ea per illum nobis manifestata et visu comperta atque exemplo uobis quasi liberis tradimus.*